Propria manu subscribit:

Wladimirus Szembek

CURIA ARCHIEPISCOPI CRACOVIENSIS ET PRINCIPIS

Nomen Wladimirus

Cognomen Szembek

Natus anno 1883 in Porąba Żegoty

Sacerdos Pijae Societatis S. Franc. Salesii ex Archidioecesi Cracoviensi ordinatus anno 1934 habet facultatem Sacrum faciendi ad normam canonis 804. Illmo ac Revmo Domino Ordinario loci annuente.

Cris 6604/34

ADAM STEPHANUS SAPIEHA

Miseratione divina
ac Sanctae Sedis gratia
Princeps Metropolita Cracoviensis
Dilecto Nobis in Christo

D. Vladimiro Szembek

Sacerdoti Piae Soc. S. Franc. Salesii

Salutem et benedictionem.

Tibi — his Nostris litteris licentiam et facultatem in Domino concedimus ac impertimur ~~ad beneplacitum nostrum~~ ad finem anni 1935. valituram, ut in omnibus Nostrae Archidioecesis Ecclesiis de Rectorum consensu Sacrosanctum Missae Sacrificium celebrare et Verbum divinum praedicare possis ac utriusque sexus excipere Sacramentales Christifidelium confessiones (non tamen monialum, sororum, oblatarum aliarumque in monasteriis et Domibus religiosis, degentium), poeni-

tentesque absolvendi a quibusvis peccatis, exceptis casibus s. Sedi Apostolicae, Nobis et a Nobis reservatis, praeterquam in casibus urgentioribus ad normam sacrorum canonum C. I. C. Vetamus tamen et quidem sub comminatione poenae privationis huius facultatis audire confessiones mulierum non infirmarum extra sedem confessionalem et non interposita crate. Enixe te in Domino hortamur, ut ea qua decet modestia ac puritate conscientiae ad tale sacramentum ministrandum superpelliceo et stola indutus accedas, et quae per sacros canones et nostras Synodales Constitutiones ordinata et commissa sunt attente et fideliter exequaris; ne divinae ultionis contra te fulmina provoces et ne ex hoc divino pietatis fonte a quo tot animarum salus emanat tibimetipsi mortis aeternae venenum haurias, ceterisque propines. In quorum fidem praesentes Nostra manu subscriptas Tibi tradimus.

Datum Cracoviae in Curia Archiepiscopi et Principis.

Die 6 Junii 1934

Adam Stephanus
Archiep.
et Princeps Cracoviensis